

marcis. probati argenti a denominatis Misinensis ecclesiae canonicis Zmulnensi ecclesiae collatis, querimoniam hanc in sempiternum decidimus, decernentes eosdem mansos sicut a praedicto Hugone Misinensi ecclesiae contraditi sunt, absque omni scrupulo eidem ecclesiae permanere eorum, pro quorum consolatione obliti sunt, usibus omnimodis profuturos. Praeterea dominus Otto Misinensis marchio, qui saepe dictos mansos in beneficii iure a nobis possidere videbatur, iustitiae dans dextras Misinensi ecclesiae illos confirmari permisit. Apostolica itaque auctoritate, quae litteris assignata sunt, confirmamus et contra stultorum temerariam praesumptionem banno et sigillo nostro praesentem paginam roboramus. Huius rei testes sunt Rabodo Nuemburgensis ecclesiae praepositus, Gerboto decanus, Walterus custos, Trutwinus, Cŕnradus, Adalbero, Fridericus, Uto Cicensis ecclesiae praepositus, Bermarus decanus, Heinricus, Sigefridus custos, Martinus, Rŕdolfus, Otto, Tipaldus; Otto marchio Misinensis, Sizzo comes; nobiles Reinhardus de Bobuluz, Heinricus de Rotowe, Hedenricus de Weta; ministeriales Heinricus cum barba, Martinus, Wolradus. Actum in Ciza anno domini millesimo C. L. VIII. indictione VIII., VI. Kal. Novembris, a venerabili Bertoldo Nuemburgensis ecclesiae episcopo feliciter.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen; das auf der Rückseite aufgedruckte Siegel ist sehr wohl erhalten.

Kreysig Beitr. I. S. 6. — Köhler cod. dipl. Lus. I. Anh. S. 31.

No. 52. 1160. 23. Oct.

B. Gerung eignet dem Domcapitel zur feierlichen Begehung von vier Heiligtagen vier Mark Einkünfte von der Elbfähre bei Meissen.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Gerungus divina disponente providentia Misinensis episcopus. Cum nostra humilitas vicem veri gerat et aeterni pontificis, qui per omnia fratribus assimilatus non potuit non compati nostris necessitatibus, pietatis est meritum eius exemplo prout possibilitas est gregi prodesse dominico. Proinde instinctu fraternae compassionis et obtentu supernae retributionis ad honorem dei atque ut festivitates sanctorum Johannis evangelistae ante portam latinam, Mariae Magdalenae, Dionisii et sociorum eius, Gregorii papae pleno officio solempni devotione in Misinensi perpetuo celebrentur ecclesia, donavimus in usus ac servitia fratrum canonicorum deo in eadem ecclesia famulantium pro redemptione animae nostrae nec non animarum praedecessorum et successorum nostrorum, marcas III^{or} in theloneo, quod solvitur de transmeatione fluminis Albiae sub urbe iam dicta Misinensi. Ut ergo haec diligentius commendemus, donationem nostram fratribus praenotatis ratam fecimus, praesentem paginulam sigilli nostri inpressione inde consignantes. Igitur quicumque praesumpserit praesenti contraire cyrografo a salvandis sequestratum se noverit, auctoritate patris et filii et iudicio spiritus sancti atque sententia anathematis nostri. Huius rei testes hi sunt: Tidericus praepositus, Herimannus decanus, Herborto praepositus Wrcinensis, Adelbertus, Ilsungus, Anselmus custos, Johannes et alii canonici, nobiles Herimannus burgravius, Pribizlaus advocatus maioris domus, Hen-